

www.libtool.com.cn

www.illustration.com



John Carter Brown.

John Nicholas Brown.

BOUND BY A. REDFERN



www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

Brevis & admiranda descriptio

REGNI GVIANÆ, AVRI
ABVNDANTISSIMI IN AMERICA,
SEV NOVO ORBE, SVB LINEA ÆQVINOCTILIA
siti: Quod nuper admodum, Annis nimirum

1564. 1595 & 1596.

Per Generosum Dominum,

Dn. GVALTHERVM RALEGHE QVI-
tem Anglum detectum est: paulò post jussu ejus
duobus libellis comprehensa:

Ex quibus

IODOCVS HONDIVS TABVLAM GEO-
graphicam adornavit, addita explicatione
Belgico sermone scripta:

Nunc verò in Latinum sermonem translata, & ex variis
authoribus hinc inde declarata.



NORIBERGAE,

Impensis LEVINI HULSIJ, D. M. XCIX.

www.libtool.com.cn

32

www.libtool.com.cn

RP

NOVA ET EXACTA DELINEATIO AMERICÆ PARTIS AVS
DEL ORO, NICARAGVA, Insula ANTILLAS et PERV. Et sub Tro
Noriberge. per Leünum Hülsmi



RALIS. QVE EST: BRASILIA, CARIBANA, GVIANA regnū Nouū, CASTILIA
o Capricorni, CHILE, RIO DELLA PLATA, PATAGONV, & FRETV MAGELLANICV.
Anno. 1599.

Scala Miliarium.

Germanica.	10	20	30	40	50	60	70	80	90	100
Italica.	60	120	180	240	300	360	420			
Hispanica.	17½	35	52½	70	87½	105	122½			

LAS.

Inegada
El Sambro.

Guanahani.
Desiderata.
Anguilla.
S. Martin.

S. Lucia.
S. Vincent.

Barbudos.
Granada.

C. Anegada.
Tabago.

La Trinidad.
1497.

C. de la Skorra.
Macawini.
C. de Canoas.
Demoraty F.
C. Primero.
Jchoia.

Manao.
E. de Koro.
C. de la Skorra.
Macawini.
C. de Canoas.
Demoraty F.
C. Primero.
Jchoia.

Manao.
E. de Koro.
C. de la Skorra.
Macawini.
C. de Canoas.
Demoraty F.
C. Primero.
Jchoia.

Manao.
E. de Koro.
C. de la Skorra.
Macawini.
C. de Canoas.
Demoraty F.
C. Primero.
Jchoia.

Manao.
E. de Koro.
C. de la Skorra.
Macawini.
C. de Canoas.
Demoraty F.
C. Primero.
Jchoia.

Manao.
E. de Koro.
C. de la Skorra.
Macawini.
C. de Canoas.
Demoraty F.
C. Primero.
Jchoia.

Manao.
E. de Koro.
C. de la Skorra.
Macawini.
C. de Canoas.
Demoraty F.
C. Primero.
Jchoia.

Manao.
E. de Koro.
C. de la Skorra.
Macawini.
C. de Canoas.
Demoraty F.
C. Primero.
Jchoia.

Manao.
E. de Koro.
C. de la Skorra.
Macawini.
C. de Canoas.
Demoraty F.
C. Primero.
Jchoia.

Manao.
E. de Koro.
C. de la Skorra.
Macawini.
C. de Canoas.
Demoraty F.
C. Primero.
Jchoia.

Manao.
E. de Koro.
C. de la Skorra.
Macawini.
C. de Canoas.
Demoraty F.
C. Primero.
Jchoia.

Manao.
E. de Koro.
C. de la Skorra.
Macawini.
C. de Canoas.
Demoraty F.
C. Primero.
Jchoia.

Manao.
E. de Koro.
C. de la Skorra.
Macawini.
C. de Canoas.
Demoraty F.
C. Primero.
Jchoia.

Manao.
E. de Koro.
C. de la Skorra.
Macawini.
C. de Canoas.
Demoraty F.
C. Primero.
Jchoia.

Manao.
E. de Koro.
C. de la Skorra.
Macawini.
C. de Canoas.
Demoraty F.
C. Primero.
Jchoia.

Manao.
E. de Koro.
C. de la Skorra.
Macawini.
C. de Canoas.
Demoraty F.
C. Primero.
Jchoia.

Manao.
E. de Koro.
C. de la Skorra.
Macawini.
C. de Canoas.
Demoraty F.
C. Primero.
Jchoia.

Manao.
E. de Koro.
C. de la Skorra.
Macawini.
C. de Canoas.
Demoraty F.
C. Primero.
Jchoia.

Manao.
E. de Koro.
C. de la Skorra.
Macawini.
C. de Canoas.
Demoraty F.
C. Primero.
Jchoia.

Manao.
E. de Koro.
C. de la Skorra.
Macawini.
C. de Canoas.
Demoraty F.
C. Primero.
Jchoia.

Manao.
E. de Koro.
C. de la Skorra.
Macawini.
C. de Canoas.
Demoraty F.
C. Primero.
Jchoia.

Manao.
E. de Koro.
C. de la Skorra.
Macawini.
C. de Canoas.
Demoraty F.
C. Primero.
Jchoia.

Manao.
E. de Koro.
C. de la Skorra.
Macawini.
C. de Canoas.
Demoraty F.
C. Primero.
Jchoia.

Manao.
E. de Koro.
C. de la Skorra.
Macawini.
C. de Canoas.
Demoraty F.
C. Primero.
Jchoia.

Manao.
E. de Koro.
C. de la Skorra.
Macawini.
C. de Canoas.
Demoraty F.
C. Primero.
Jchoia.



MARE DEL

NORT.

Linea ad Terceram et Angliam.

Linea ad Inf. Moderam et Hispaniam.

Linea ad Inf. Viridis.

GRAD. LATITVDINIS SEPTENTRIONALIS.

GRAD. LONGITVDINIS.

REGNUM.

ARICARI.

Tisnada.

PAGV. ANA.

Chirmos.

Maragion. Fl.

Ins. Amazo-
mum.

Picora.

Lacus Eupana.

R. Acaratim.

Camire

PARANA

Rio Parana.

Coraciba.

Froemidiere.

Assumption.

Palombos.

Pinus.

C. Blanco.

Rio Branco.

Totona chara.

R. de Chianes.

R. S. Paul.

Prach.

Citula Nara.

Omaranham.

Tapicor.

R. Real.

Tabaiarres.

Paragu.

Coraciba.

Froemidiere.

Assumption.

Pinus.

C. Blanco.

Rio Branco.

Totona chara.

R. de Chianes.

R. S. Paul.

Prach.

Citula Nara.

Omaranham.

Tapicor.

R. Real.

Tabaiarres.

Paragu.

Coraciba.

Froemidiere.

Assumption.

Pinus.

C. Blanco.

Rio Branco.

Totona chara.

R. de Chianes.

R. S. Paul.

Prach.

Citula Nara.

Omaranham.

Tapicor.

R. Real.

Tabaiarres.

Paragu.

Coraciba.

Froemidiere.

Assumption.

Pinus.

C. Blanco.

Rio Branco.

Totona chara.

R. de Chianes.

R. S. Paul.

Prach.

Citula Nara.

Omaranham.

Tapicor.

R. Real.

Tabaiarres.

Paragu.

Coraciba.

Froemidiere.

Assumption.

Pinus.

C. Blanco.

Rio Branco.

Totona chara.

R. de Chianes.

R. S. Paul.

Prach.

Citula Nara.

Omaranham.

Tapicor.

R. Real.

Tabaiarres.

Paragu.

Coraciba.

Froemidiere.

Assumption.

Pinus.

C. Blanco.

Rio Branco.

Totona chara.

R. de Chianes.

R. S. Paul.

Prach.

Citula Nara.

Omaranham.

Tapicor.

R. Real.

Tabaiarres.

Paragu.

Coraciba.

Froemidiere.

Assumption.

Pinus.

C. Blanco.

Rio Branco.

Totona chara.

R. de Chianes.

R. S. Paul.

Prach.

Citula Nara.

Omaranham.

Tapicor.

R. Real.

Tabaiarres.

Paragu.

Coraciba.

Froemidiere.

Assumption.

Promont. Canthalarium.



www.libtool.com.cn

RPJCB



L. H. Benevolo Lectori.
S.



IRABITVR fortasse quis-
piam, quare opusculum hoc, de
cuius narratorum veritate non
immerito dubitari posset, in lu-
cem nostro idiomate dare vo-

luerim. Illi respondeo, me hac ipsamet causa ad
id permotum esse, quia mira & inaudita con-
tinet: atq; id eò magis, quoniam constat, id non
solum in duabus aliis linguis, verum etiam
iussu & mandato virorum praestantissimorum
publicatum esse, qui ipsi navigationi huius pra-
fuerunt. Atque adeò qualia sunt quae quotidie
mirari solemus? talia nimirum quae insueta in-
solitaq; nobis haëtenus fuerunt: statim autem
ut ob oculos nostros assidue versari incipiunt,
admiratio quoque nostra desinit, ut ut res ipsa

per sese admiratione dignissima fuerit. Quis
crederet tam atrosvivere homines ut Aethio-
pes sunt, nisi nos fide digni authores obtestaren-
tur, qui in illis regionibus peregrinati sunt, aut
ipsi hisce nostris oculis vidissemus? Quis crede-
ret per rerum naturam fieri posse, ut homo to-
tum septennium sine cibo & potu viveret? at-
qui experientia docuit, Anno 1584 in pago
quodam Schmidweiler dicto, prope lautram
Caesaris, vixisse virginē quandam nomine Ca-
tharinam, circiter viginti septem annos natā,
filiam cuiusdam Conradi Binders, & Catha-
rina Waldmeria uxoris eius, qua integro ac
continuo septennio ne tantillum cibi aut potus
per gulam immittere potuit: nec quicquā ex-
crementorum aut sudoris emisit: & nihilomi-
nus tamen rosea, virvida, bene cōstitutā ac for-
mosa facie fuit, virvidis & vigentibus oculis, ut
ii, qui recta valitudine sunt pradii: vocem
quoque placidam, sonoramq; satis emisit, & ar-
ticolatē, ut ab omnib. intelligi posset, locuta est:
pro ut illustrissimi Principis ac Domini, Do-
mini Iohannis Casimiri, Comitis Palatini
ad Rhe-

ad Rhenum, Ducis Bojaria, &c. legati ad
eam rem explorandam missi, Celsitudini ejus,
domum reversi, retulerunt. Hujus generis in-
credibilia & miranda exempla magno nume-
ro cumulare possem, quod tamen hoc in loco su-
per vacancum judico, sed nostram materiam
aggrediar.


Duo autem in primis mirabilia in hoc opu-
sculo commemorantur, Vnum est: In America
Regionem seu Provinciam esse, quæ à sceminis,
vulgo Amazones dictis administratur, quæq;
nullos viros secum habitare patiantur. De qui-
bus nos testimoniis antiquorum scriptorum do-
cebimus ante multa secula in Asia quoq; & A-
frica ejusmodi sceminas vixisse, ut ex alligatis
scriptis doctorum authorum manifestum fiet.

Alterum admiratione dignissimum est ho-
minis istis in locis inveniri, oculos & os in pe-
ctore gerentes. Nec deerunt nobis fide digni
authores, quibus simili modo docere queamus,
ejusmodi homines olim quoq; in Asia & A-
frica visos esse. Non autem hac eo animo affer-

ro, quod quenkum ad assentiendum cogere ve-
lim, sed hoc tantum ostendere volo, in praestan-
tissimorum & fide dignorum auctorum scriptis
taliam reperiri, quos consentaneum non est, talia
scripturos fuisse, nisi res in rei veritate ita se
haberet.

In hoc autem opusculo auctoris narrationem
integram posui: sicubi verò in gratiam studiosi
Lectoris aliquorum auctorum testimonia alle-
gavi, id differere à reliquis scriptura imprimi
curavi. Opusculum enim hoc recreationis cau-
sa (dum in alio graviori opere elaborando oc-
cupatus essem) in manus sumsi: Benevolum
Lectorem etiam atque etiam rogans, ut hunc
meum tenuem licet laborem aequi bonique fa-
ciat, Vale.

Caput



www.libtgo.com.cn
Caput Primum.



NOBILIS ac generosus Baro GVALTHE-
RVS RALEGH, Eques auratus expeditioni
seu navigationi huic tribus continuis an-
nis, nempe 1594 1595 & 1596 propriâ
suâ personâ præfuit, & peritos industriosque
nautas aliosque artifices secum habuit: qui
situm huius regionis, quam à fluvio Amazonio, vulgo de las
Amazonas dicto, usque ad Promontorium de la vela circum
navigarunt, artificiosè ac diligenter deumbrarunt ac descri-
pserunt: ita ut cuiusque loci anfractus, juxta veram ejus lon-
gitudinem & latitudinem, seu elevationem Poli tabulis geogra-
phicis expressi sint. Quin etiam per mediam istam terram, ex
fluvio Capuri dicto, in fluvium Orenog, ultra centum milia-
ria Germanica navigiis vecti sunt: atque inde filium Regis Mo-
requitenfis, quod regnum ad fluvium Orenoque meridiem ver-
sus situm est, secum in Angliam duxerunt.

Multum interest nautarum tabulas Geographicas, (ab ipsis
Chartas compassus dictas) earum regionum quas velis petere in-
stituerunt, exactâ diligentia confectas esse: ad eas enim tanquam
ad amussim cursus suos examinare, atque animadvertere solent
quibus ventis ad cursum institutum uti possint, ubi urbs aut
locus petendus inveniri possit, & quantum unus locus ab altero
distet. Quo facilius autem singula loca eorumque situs in
descriptione hac allegata in Charta Geographica adiuncta inve-
niri possint, ad calcem huius opusculi indicem adjeci, quo singu-
la loca cum suis gradibus longitudinis & latitudinis, juxta ordi-
nem Alphabeti continentur. Exempli gratia: Si Urbem More-
quito dictam in tabula hac quærere volueris: vide in indice lite-
ram M, ubi invenies eam sub 16½ Gradu longitudinis sitam esse.
Numerum hunc quære in æquatore in chartæ medio, & regulam
seu

seu filum super eum ducito. Rursus ex Indice perspicis Urbem hanc sitam esse sub 4. Gradu latitudinis seu elevationis Poli: quare simili modo filum super hunc numerum, quem ad dextram & sinistram chartæ invenies: & intersectio filorum tibi locum seu urbem quæ sitam ostendet, Atque consimiliter fac in aliis locis quærendis.

Cap. I I.

De situ & proprietatibus huius regni.

PROVINCIA hac seu regnum Guiana, sub ipsa æquinoctiali linea in America seu novo orbe sita est, intra Brasiliam & Peru, multis magnis, & splendidis urbibus, fluminibusque navigabilibus ornata aurique ditissima est, & omnis generis animalibus abundat: Ferturq; in ea habitare homines inaudita atque monstrosee formæ, ut postea dicturi sumus. Et quamvis frigus in regione ista calorem aëris nunquam vincit: hyemem tamen habent intra Maium & Septembrem: atq; eo tempore impossibile est navem ibi perdurare propter immanes procellas, impetum ventorum, continuarum imbrium, ac fulminum, unde omnia flumina mirum in modum inflantur, adeo ut fluvius Orenoque (qui alias maximus & latissimus est, atq; versus Septentrionem aut potius intra Septentrionem & Orium, prope Insulam S. Trinitatis, sese in mare exonerat) ultra triginta pedes sese extollat, ita ut omnes intra eius ostia sita Insulae. (nam octo aut decem ostiis in mare labitur) aquis eius tegantur. Tempore isto incola in tempore sibi prospiciunt, namq; in colles & arbores, quibus casas suas inædificant, sese recipiunt, ubi sese cum uxoribus & liberis, donec fluvius decrescat sese sustentant.

*In sua descriptione
America.*

Meminit huius rei etiam Cornelius de Iudæis hisce verbis: In Castilia del Oro Incolæ arboribus inædificant, quæ magna copia ibi proveniunt, ut ab inundationibus fluminum tuti sint, quod ob loca palustria ibi valde usitatum est.

Arbores



www.libtool.com.cn

RPJCB



www.libtool.com.cn

RPJCB

Arbores in hac regione multò proceriores sunt nostris arboribus. Nam Vincentius Yanes Pinzonius, & agnatus ejus Arias, qui Anno 1499 regionem hanc ab Angla S. Luca, ad ostia fluvii Amazonij sitæ, ad Pariam usque velis suis visitarunt, hoc tanquam rem mirandam prædicant, se arbores illis in locis vidisse, quas sedecim viri amplexu ulnarum suarum metiri non potuerint.

Regnum hoc Guiana ditissimum est Auro, Gemmis, Margaritis, Balsamo, Oleo, Pipere longo, Gingibere, Sacharo, Thure, herbis præciosissimis, medicina infervientibus: Item gummi, melle, serico, xilino, liguis Brasiliæ. Hæ merces omnes ab incolis permutatis aliis mercibus acquirunt: Desiderant autem potissimum secures, cultros omnis generis, & hujusmodi alias ferreas merces, quæ Noriberga parari solent.

Multa ea regio animalia alit nobis nota, utpote Leones, Tygres, Leopardos, Cervos, vulpes, Canes, porcos, lepores, testudines, lutarias, gallinas, perdices, fasanos, grues, coturnices, ardeas, & alia plura.

Regio Paria animal quadrupes habet, quod generis semivulpem, hoc est, ex simia & vulpe compositam appellat, quandoquidem priore parte vulpem (excepto solo, quod aures vespertilio ni similes habet) posteriore Simiam refert, Pedes habet humanis non absimiles: atqui in ventre saccum, quem crumenæ instar laxare & constringere potest, atque in eum pullos recipere, & laetandos rursus emittere.

Lopez in historia novarum Indiarum scribit Vincentium Yanem Pinzonium Anno 1499 ex regione Humos dicta, cutem hujus animalis in Hispaniam attulisse.

In Guiana aliud est mirabile animalculum, ab Hispanis Armadillo dictum: quod porcello non absimile, corpore tamen multò est rotundiore, & acuminatam caudam habet: Per totum autem corpus, tecta, seu cortice quodam durissimo munitum & armatum est: habitatque in locis subterraneis ut talpa. Omnis ejus virtus in exiguo caudæ osculo consistit: quod contusum & in pulverem redactum & in aures immisum doloribus earum medetur.

Franciscus
Lopez par.
2. cap. 85.

Bæzo lib. 2.
cap. 14.

Franciscus
Gomara.

4
Cosmogra-
ph. Theu.
lib. 21. cap.
13.

Versus Brasiliam aliud genus animalis non minus mirabile vivit quod aliqui Hante. Brasiliani verò Hay appellant. Animal hoc nemo unquam hominum edere aut bibere vidit, Vnde opinio est animal hoc nullo cibo & potu, sed aëre tantum vivere. Theretus qui longo tempore tale animal vivum habuit, Gesnerotandem id (quemadmodum uterque testatur) cutem eius misit.

Cap. I I I.

De urbibus huius regni.

METROPOLIS huius regni Guiana nomen est Manoa, ab aliis verò El Dorado appellatur: eaq̃ maxima atq̃ potentissima urbs totius Americæ esse fertur: quinimò Iodocus Hondius in nova sua Tabula Geographica vult, eam totius orbis esse maximam. Sita est autem ad Lacum Parime, qui ab aliis nationibus Toponi VVini dicitur: ejus longitudo ad 200 miliaria excurrit, & aquam salſam continet: Plurimæque in eo sunt Insulae, ac lintres, seu navigia Indica, quibus & omnibus adjacentib. regionibus, qua auro & omnis generis animalibus abundant, Vazia ad vitam necessaria advehuntur. multa enim ingentia flumina in hunc lacum sese exonerant, & alia ex eodem scaturiunt. Solent etiam incolæ lintribus suis, seu Indicis navigiis ex magno hoc lacu, per fluvium VVaia begum, seu VViapagum (qui versus septentrionem juxta promontorium de la Corda, aliàs Conde dicto, sub 33 3 Gr. long. & 3. Gr. lat. in mare se exonerat) spacio viginti dierum in Oceanum navigare. Incolæ regionis quæ Capervvacca dicitur, ubi fluvius Cajiani, seu Cajanc, sub 33 1 1/2 Gr. long. & 4. Gr. lat. mare influit, qui valde humani & affabiles commerciorum quoque assueti esse dicuntur, siquidem omnibus ad vitam degendam necessariis abundanter dicuntur: ex jam dicto fluvio in magnum hunc lacum, atq̃ adeo ad ipsam urbem Manoa, ut indubitata opinio est, navigar possunt



www.libtool.com.cn

RPJCB

possunt. Flumen hoc valde amœnum est, & navigiis plurimis a-
prissimum: quod ubi mare influit militare germanicū latum est:
in eius ostio tres scopuli ingentes siti sunt, qui triplicem Eu-
ripum causantur.

Qui autem ad fluvium Essekeben, seu Dovoritiam, ad Vr-
bem Primiere sub 325 gr. longit. & 4½ gr lat: in mare labentem
habitant: quæ extrema fines sunt, quò Hispani pertingunt: na-
vigis suis hoc flumine intra viginti dies tam prope ad lacum
hunc venire possunt, ut inde unius diei itinere lintres suasque
merces curribus in lacum supra dictum transportare soleant, un-
de rusus quocunq; liberi navigant, & cum incolis negotiantur,
& expeditis suis negotiis domum revertuntur.

In ripa fluvii Macarvini, qui sub 324. gr. long. & 5. gr. lat
situs, in mare labitur, aurum magna copia ex arena effoditur.

Caput IV.

Uterior descriptio qualitatum huius ius regionis.

SUPRA mentio facta est magni fluvii Orenog, qui octo aut
decem ostiis in mare sese exonerat, quorum unum ostium ver-
sus orientem situm, nomen peculiaris fluvii Capuri dicti sorti-
tum est: qui tamen fluvius valde arenosus & vadosus est, ita ut
aqua decrescente mare ultra quinq; pedum altitudinem non ha-
beat. Prope influxum huius fluvii in mare, cavitas quædam est
litoris, versus orientem vergentis, in quam venti tanto impe-
tu feruntur, ut impossibile appareat ex hoc fluvio in mare navi-
gare.

Aravvaca locus est prope fluvium Orenog, versus occi-
dentem situs. Ejus loci incolæ sædi ac vagabundi, sed Hispano-
rum amici sunt.

6
Populus Iaos ad fluvium Essekebe, potens & bellicosus, sed Hispanis valde hostilis: hi corpora sua coloribus discriminare solent, ut ab Aravvacis vicinis ac hostibus ipsorum dignoscantur.

Cassipa lacus est, sive stagnum in quod fluvius Orenoque sese effundit, in latitudine habens 15. miliaria, & totidem fere in latitudine: Arena huius stagni auri est abundantissima, magnisq; montibus & rupibus circumseptum est, ab incolis Cassipagotos dictis, quae ex solido auro esse dicuntur.

Macureguarai urbs non procul à stagno hoc sita, prima est ex illa parte, ad regnum Guiana pertinens.

Anapaia Provincia est regni Guiana eaq; auro ditissima. Aqua istis in locis circa meridiem saluberrima, mane autem & in primis noctu, venenum est.

Prope Caperuvacka fluvius Campanse praterlabitur, sub 332. grad. long. & 4. gradu latitud. & mare influit. Ligna Brasilia ibi magna copia proveniunt, & quia locus iste incolae nullas habet, cuius ex istis quantum vult sumere licet.

Caput V.

De Foeminis Amazones dictis.

CONTERMINI habitatores huius regni Guiana versus Orientum Amazones sunt, à quibus proximus ille fluvius Amazonas nomen suum sortitus est: Atq; feminae tantum sunt nullius maris inter sese ferentes consortium, sed abeunte aetate bello cui mox assuescunt, sese exercentes, quod cum hostibus ipsorum indesinenter gerunt & adversus illos crudeliter admodum sese gerunt. Quotannis autem unum mensem, qui Aprilis esse existimatur, maribus se associant, ne pro sapia ipsorum intereat. Atque hoc mense omnes finitimi Reges conveniunt: quibus Amazonica femina, quacumq; aetatis ratione ad concipi,



www.libtool.com.cn

APJCB

7
eipiendos liberos idoneæ sunt associant; cum sibi earum regina
unum ex regibus sibi pro compare elegit, relique deinde sorte
viros inter se dividunt. Atque ita totum hunc mensem con-
vivis, saltationibus, alijsq; modis hilariter pro ipsorum con-
suetudine, & moribus transigunt: Mense autem exacto quili-
bet regionem & domum suam repetit.

Fœminæ autem ex virorum congressu gravide factæ, &
masculos parientes hos patribus eorum mittunt, fœmellas au-
tem retinent, easq; more ipsorum educant: patri vero in signum
gratitudinis dona mittunt. Auro abundant hæ fœminæ, quod
permutatione quorundam viridum lapillorum à vicinis suis
mercantur.

De Amazonibus hisce, & fluvio de las Amazonas dicto, in
hunc modum scribit Fr. Lopez (quamvis ut apparet de veritate *Historia In-*
ipse dubitet) Anno 1542 Franciscus Orellana fluvium Mara- *die par. 2.*
gnon aliàs Amazonas dictum, quique ab ipso novum nomen *cap. 89.*
fluvii Orellani sortitus est, à regione Peru in mare usque Septen-
trionale dictum, emensis propter ejus antractus ultra 6000. mi-
liaribus Italicis, primus navigavit: Qui reversus senatui Indico
retulit, se in fluvio isto bellicosas fœminas dictas vi-
xisse, & cum illis conflixisse.

Andreas Thevetus in sua Cosmographia, meminit huius rei
hunc in modum: *lib. 22. cap.*

Ad fluvium Amazonium dictum, nunc vero Francisco Orel- *2. & 3.*
lanæ homonymum, qui eum tribus ferè mensibus pernavigavit,
fœminæ habitare dicuntur, quæ majore anni parte sine viris de-
gunt: certo tamen tempore mates in Insulas suas recipiunt: un-
de vulgari & antiquo nomine Amazones appellantur. Accolæ
hujus fluvii sunt Canibales, humanas carnes vorantes, exceptis
iis qui in montib; habitant, quas fœminas esse existimant. Fran-
ciscus Orellana & ejusmodi Comites multas ejusmodi fœminas
arcubus & sagittis armatas in ripa hujus fluvii viderunt, quæ ipsis
obstistere & præternavigationem impedire voluerunt; Narrant
quoque se vidisse fœminas istas quosdam viros in littore captos
pedibus.

*In Brasilia
& Rio de
la Plata
pag. 29.*

pedibus ex arbore capite in terram verso suspēdisse, eosque post modum innumerabilibus sagittis transfixisse, ac tandem igne sub illis accenso eos concremassē.

www.libtool.com.cn

Vlricus Schmidel in descriptione suæ navigationis, quam manuscriptam penes me habeo, & quàm primùm Deo volente publicare institui, harum fœminarum hunc ferè in modum mēminit. Circa annum 1542. Cum Capitaneus urbis Assumptio dicta, in Brasilia esset Albermunzo Capella De Pocha, ego cum Capitaneo Ernando Rieffere, & aliis octoginta ex sociis nostris fluvium Paraguay & Parabol sursum navigavi: Venimus eādem ad Regem quandam nomine Scherves, non procul à tropico Capricorni habitantem: is Capitaneo nostro donabat Coramam argenteam, quam ex bello cum Amazonicis fœminis gēsto reportasse se aiebat. Cū itaque de Amazonibus & earum divitiis mentionem fecisset, capitaneus noster interrogabat: an navibus eō pertingere possemus, quod Rex iste negabat: sed terrestri itinere duorum mensium spacio aliās eō pervenire posse asseribat: jam verò id fieri non posse; quandoquidem terræ facies hoc anni tempore aquarum inundatione appleta esset. Capitaneus autem noster ei fidem adhibere nolebat. Itaque Indianis quibusdam Comitati in instituto itinere perreximus, & emenso septendecim dierum itinere pervenimus ad populum quandam Orthueslen dictum: priusquam autem huc pertigissemus multos interdum dies nunc ad poplites, nunc ad pubem usque, per aquas quæ calidæ admodum erant, ambulaverimus.

Orthuesorum autem regulus à Capitaneo nostro de Amazonibus interrogatus, respondebat, integro nos menstruo itinere etiamnum ab illis abesse: & ipse quoque ardebat, terram hoc tempore saquis appletam esse: Quare nos per eandem viam quæ veneramus reversi sumus.

Fœminæ istæ Amazoniæ in magna Insula, omni ex parte aquis Cineta habitant ita ut bellum ipsi inferentibus navigiis regionem earum adoriri neceſse sit, Nullum autem in Insula hac aurum provenit sed tantum in regione à viris habitata, penes quos magna auri vis invenitur: potensque istis in locis Rex est qui legnas cognominatur.

Fœmi-

Fœminæ istæ unam tantum mamillam habent: Viri certis
anni vicibus ad eas veniunt, atque si ex illis masculos aut fœmel-
las concipiunt, agunt de illis ut supra dictum: Arma earum sunt
arcus: Bella autem acerbæ cum hostibus suis gerunt. Hactenus
Vlricus Schmidel.

De Amazonibus fœminis bellicosis in genere multi præ-
stantes & fide digni authores scripserunt: ita ut dubium non sit
tales aliquando fuisse fœminas, quamvis Strabo earum mentio-
nem faciens videatur subdubitare. Nomen autem Amazonum
compositum est ex privativa particula α & μάζω, quod mam-
mam significat, quasi quoddam mammas careant. In juventute enim
à matribus dextra mamma candenti ferro exuritur, ne in bello
arcum intendentes impediatur; Habitarunt autem olim ejus-
modi fœminæ tam in Africa quàm in Asia. Primæ Amazones or-
tum duxerunt ex Lybia regione Africæ, idque factum tempori-
bus Abrahæ: hæ enim viros, qui seipsis subicere noluerunt, om-
nes interfecerunt: habitasse feruntur in Insula quadam Hespè-
ria dicta: nomen Reginæ earum fuit Myrina. Thoraces reliquæ
que eorum arma, defensiva parata fuerunt ex cutibus seu exuviis
serpentum: offensiva vero fuerunt gladii, lanceæ & arcus. Hæ
fœminæ Amazones expugnaverunt urbes, Cherzonem & Atlanti-
dem, profligarunt Garginitas, inde per Lybiam in Ægyptum
penetrarunt: inde Arabiam, Syriam, Ciliciam, Phrygiam perve-
serunt & in Europam pervenerunt: Epéiro deinde potiti sunt,
& per tractum Isthrii in Sueviam usque pertingerunt: ubi prosi-
gata & dispersa sunt. Existis Scythiæ seu Asiaticæ Amazones,
ad Meotidem paludem originem duxisse existimantur.

Pomponius Mela Propertius & Claudianus scribunt, Scy-
thas olim patria pulsos, in Asia Minore prope Cappadociam ad
fluvium Thermadoontem, qui in pontum Euxinum labitur, se-
dem fixisse, & ibi omnes incolas ad internecionem usque con-
cidisse, fœminas autem mortem maritorum ulturæ, & arma ce-
pisse, & Cappadociæ habitatores profligasse, ac tota ista regione
ejecisse. Aliquo deinde tempore interfecto duxrice Marpesia
Regina Armeniam, Syriam, Ciliciam, Pisiliam, Persiam, & Gala-
tiam

*Just. lib. 2.
Q. Curt.
lib. 6.*

*Diodor. Sic.
cul. lib. 3.*

*Paul. Oros.
lib. 15.*

*Herodot.
lib. 4.*

*Solin. cap.
27. & 65.*

*Pompon.
Mela lib. 1.*

*Martian.
c. 9. lib. 9.*

*Plutarch.
in vita*

*Thesæi &
Pompei*

*Magni.
Herodot.*

*Plutarch.
in vita*

Thes. nu. 9.

Pausan. lib.

1. Iust. lib.

2. Vergili-

us. Salustig

Liv. 7. cap.

56.

tiam pervaserunt armis, amœnam urbem Ephesum, & celeberrimum Dianæ templum, cuius in actis Apostolorum cap. 19. mentio fit, fundarunt & ultra 300 annos istis in locis dominatæ sunt donec Hercules & Theseus fœminas hæc in vaserunt Illæ autem paulò post expugnarunt Athenis pulsas ex ea Græcis, atque castra sua media in urbe metatæ sunt.

Paulo post cum Troja à Græcis obsessâ esset, harum fœminarum Regina Pêthésilæa obsessis magno exercitu fœmineo subsidio venit: quæ tamen multis sordibus factis perpetratis ab Achille occisa est.

Penthesilæa ista, teste Plinio prima secures invenisse traditur.

Manethon.

Avērinus.

Anno 1142. ante Christum natum, quadraginta annis post excidium Trojæ, fœminarum istarum Regina Amar, urbem Ephesum deprædata est, & celeberrimum templum Dianæ incendit & exulsit.

Supplemē-

tum 2.

Curtii lib.

6. arc. 5.

Temporibus Alexandri Magni regina harum fœminarum, nomine Thalestris, sive ut Iustinianus vult Minithia ad eum venit, cum exercitu trecentarum millium fœminarum scutis, castrisque armatarum, concubitu Alexandri appetens ac quadraginta seu ut alii volunt 30 dies cum ipso cōmorata se gravidâ sensit, Paulo post tamen omnes Amazonicæ fœminæ interiisse dicuntur,

Num. 10,

pag. 86.

Plutarchus in vita Pompei magni narrat, Amazones in Asia prope populum Leleges dictum (Cuius Aristoteles, Strabo, Plinius, & Virgilius meminerant) habitasse, non procul à monte Caucaſo, & Mari Hircano, & ibi prope fluvium Thermoodontem bis in anno supra dictis Lelegibus se associasse, extra illud tempus autem perpetuo sine maribus vivere consuevisse.

Plinius 6.

cap. 20.

cap. 9. Dio-

nyf. lib. 4.

Plinius scribit, in Asia olim fuisse regionem, non procul à Caramanis, Pandi dictam, à fœminis gubernatam, quæ ultra 300 habuerit vrbes, & in expeditionem producere potuerit 15000 hominum. pedestrium, ac 500 Elephantes.

Edouard Lopez in descriptione Regni Congo narrat, in Regno Monomotapa, in Africa, sub 60. gradu longitud. & 19. grad. latitud. meridional. sito, eiusmodi fœminas bellicosas, seu

Amazœ



www.libtool.com.cn

NPJCB

www.libtool.com.cn

RPJCB



Amazonēs habitare, quæ à teneris annis in bello exerceantur, atque more Antiquarum Amazonum levam mammam exurere soleant, ne arcum intendentes *cali impediantur*: Arma enim earum esse arcum & sagittas: Certis quoque temporibus sese viris associare.

Qui plura de sceminis hisce bellicosus legere desiderat, videat varias lectiones P. Messia, parte 1. cap. 10. & M. Cyriaci Spangenbergii Speculum nobilitatis lib. 13. cap. 15. per totum.

Caput VI.

De hominibus stupendæ formæ, qui
in regno Guianæ inven-
iuntur.

DE Provincia Iruvaipanoma regni Guianæ, sita intra lacum Cassipa, & stagnum Parime, testatur Dominus Raleghius, in supra allegato libello (ut Iodocus Hondius in sepe memorata tabula Geographica diligenter refert) istis in locis vivere genus hominum sine collo & capita, oculos & reliquas faciei partes in pectore gerentes, qui tamen aliàs robusti, sædi- & Barbarici sint homines.

Quamvis hoc à multis fabulæ quàm veritati similis existimari possit: multi tamen præstantes fide digni ac docti viri scriptis suis memoriæ prodiderunt, tales homines olim in Asia quodque inventos esse.

Plinius secundus, qui vixit tempore Imperatoris Vespasiani, lib. 7. cap. 2
ni, scribit in Historia naturali, versus occidentem ad montem Milo in Asia, vivere genus hominum, sine capitibus, habentes oculos in pectore intra axillas,

Divus Augustinus quoque ita de illis scribit: Homines esse feruntur oculos in humeris gerentes, & acephali, pro ut Carthagine in vicò Maris Mosaica pictura delineati visuntur. *De Civitate Dei, Lib. 16. cap. 8.*

Isido-

*In Codice
Etymolo-
giarum lib
11. de port.*

Isidorus Episcopus Hispalensis, in libro de portentis scribit: quædam portenta nascuntur, ex parte tantum consuetam formam mutant: quo ex genere sunt homines, Capita canina aut Leonina habentes: quædam consuetam formam prorsus mutant: puta si femina vitulum pariat: Quædam vero formam non mutant sed transponunt: cuius generis sunt, qui oculos in pectore gerunt. In Libia enim degere creduntur huiusmodi homines, qui sine capitibus nati sunt, oculosque & os in pectore habent.

Atque ita benevole lector breviter habes mirabilem hanc nauticam expeditionem, cum aliqua declaratione. Ego autem narrationem historicam, ab anno 1492. quo terra ista nova seu America, primò inventa est, incoantem, ac quicquid versus meridiem ab eo tempore memorabile gestum est, continentem, ex variis authoribus in peculiarem, libellum collegi, quo

Lectorem, si quid præterea desiderat, remitto.

VALE & FRUERE.



TABV-

TABVLA LOCORVM, QVORVM
IN LIBELLO HOC MENTIO FIT: NO-
tandum autem literam S Septentrionem significare & ab æ-
quinoctiali linea sursum in Tabula Geographica quarendum ef-
se: literam vero M Meridiem, atque ab aequatore
deorsum esse quarendum.

G. lon. G. lat.				G. lon. G. lat.			
Amapaia	313	2	S	Iaos	325	3	S
Amazones Flu.	338	0		Ivvaiponoma	315	1	S
Amazon: regio	327	11	M	Macavvini	324	6	S
Augla S. Luca	340	1	M	Macuregnarai	316	3	S
Aravvaca	318 $\frac{1}{2}$	6	S	Manoa	320	1	S
Assumption	337	23	M	Moriquito	317	4	S
Brasilia	340	9	M	Orellana Fl.	338	0	
Caiane Flu.	331 $\frac{1}{2}$	4	S	Orenoque Fl.	116	5	S
Cap. de vela.	310	12	S	Orthuesi			
Cap. de corda	334	3	S	Parabel Fl.	330	23	M
Capervvacka	331 $\frac{1}{2}$	4	S	Paragna	335	20	M
Capuri Fl.	322	7	S	Parja	319	8	S
Caſſipa	315	3	S	Parimelacus.	320	0	
Casſipagotes	316	1 $\frac{1}{2}$	S	Peru.	296	7	M
Castilia del Oro	303	5 $\frac{1}{2}$	S	Rio de las Ama-			
Dorado	320	1	S	zones	338.	0	
Demorary Fl.	325	5	S	Scherves.			
Esſebeke Fl.	322	3	S	Toponovvini			
Guiana	310	1	S	Trinidado	321	9	S
Humos	336	6	M	VVaibego	429	2	M

F I N I S.

NORIBERGÆ

Excudebat Christophorus Lochner, Anno
Epochæ Christianæ 1613, 11, xCix.

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

J
Hulsius
pt. 5
1599
2
cop. 1





www.libtool.com.cn